

## PRAEFATIO.

tem venit, quo pluris in tenui  
opera, litterariis studiis a me im-  
pensa, feminarum, quae exactio-  
ri scientia sexum condecorarunt  
nostrum, nomina facio. Noui  
equidem, inter sententias, quas  
et amplexa est, et defendere al-  
laboravit SCHVORMANNIA,  
tandem eo usque progressa, ut ad  
IOANNIS DE LABADIE  
sectatores transfiret, tales quo-  
que deprehendi, quae longissime  
a vero aberrant. Sed quemad-  
modum has destitutas fundamen-  
to et alucinantes opiniones eius,  
confutatas partim ab aliis, pror-  
sus improbo, et recto illi egregia-  
rum dotium vsui nequaquam re-  
spondere animaduerto, quem ce-  
teroquin, ubi veritati conuenien-  
ter scripsit, scite ornateque ex-  
hibuit: ita aliquot eius commen-  
tationes merito abesse ex hac  
com-